

www.e-rara.ch

**Q. Septimii Florentis Tertulliani Carthaginensis presbyteri, Opera quae
hactenus reperiri potuerunt omnia**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens
Parisiis, 1608**

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-11127>

Iacobi Pamelii de secundi tomi librorum ordine ad lectorem praefatio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IACOBI PAMELII DE SECVNDI
TOMI LIBRORVM ORDINE AD
LECTOREM PRÆFATIO.



Vò, pro instituto nostro, etiam huius SECVNDI TOMI Librorum Ordinis rationem reddam, primo loco collocati sunt octo numero, quos ante hæresim, immò errorem omnem, conscriptos constat. Quorum quum de quatuor prioribus quis altero priùs sit editus, certò dici nequeat: in paria duo, vtpotè similis argumenti distinximus. Priores sunt, LIBRI DE POENITENTIA & DE ORATIONE, quippè qui Sacramenti Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacrificij quis vsus tum in Africa fuerit, non obscurè significant. Hos sequuntur AD MARTYRAS & DE PATIENTIA LIBRI, initio quintæ persecutionis sub Severo publicati. Deinde quos DE SPECTACVLIS & DE IDOLOLATRIA lucubrauit, quantum adparet, anno circiter XII. Seueri, quum iam indicti essent Ludi sæculares octauis: quorum prior, posteriori citatur libro c. XIII. Quum etiam eiusdem de Spectaculis opusculi mentionem faciat LIBER DE HABITV MVLIEBRI, post illum meritò subiicitur, atque adeò etiam alter eiusdem prorsus materiæ DE CVLTV FOEMINARVM. Post quos, quatuor, qui Romæ scripti videntur, à nobis digesti sunt. Et primò AD VXOREM LIBRI DVÒ; quòd etsi secundas nuptias in iis dissuadeat, nondum tamen omninò damnare videatur, dummodò in Domino, id est, cum Christianis contrahant. Deinde qui etiam libri de Spectaculis Græcè conscripti meminit LIBER DE CORONA MILITIS, quòd de fuga in persecutione & Paracleto sobriè magis loquatur, quàm in eo quem postremum posuimus, DE VIRGINIBVS VELANDIS LIBRO: quem germanum esse factum (quod ipsum de prioribus profitemur) ipse Auctor hoc Epiphonemate significat, CVM SEPTIMIO TERTVLLIANO, cuius hoc opusculum est. Ceterum ad intellectum Auctoris hunc ordinem facere non parum, fat scio, mecum iudicabis, Lector studiosè. Vale itaque, & siquid profeceris, Deo Opt. Max. vnà mecum gratias agito.